



Ioannes ille Grienenuualder dictus, illegitimo
thoro natus, filius ducis Bauariæ extitit. Hic in
omni genere literarum optimè institutus Deca-
torum & Theologie Doctor factus est. Cum autem
eo tempore, anno 1415. Concilium Constantiense
celebraretur, ipse eò profectus ob insignem erudi-
tionem magnum sibi nomen comparauit. Aliquo
ties etiam ad Iohannem Hussum perductus, cù eo
de sacris literis contulit, atq; eum sibi repugnarem
cum alijs hæreticum pronuntiauit. Itaq; tandem an-
no millesimo quadringentesimo uigesimo secundo
Episcopus Fruxinensis electus fuit. In eo loco opti-
mè rebus præfuit, atq; alios ad literarum studia ex-

citauit. Verùm Nicodemus Veronensis baro, quem Scalananum aut Scaligerum
dicunt, fauore Martini pontificis fretus, ei per uiginti annos restitit, atq; Epi-
scopatum uì retinuit. Cum autem ille tandem mortuus esset, Ioannes iterum ad
Episcopatum uocatus rediit, ac illum per decem annos pacifice administra-
uit. Tandem ætate fessus anno millesimo quadringentesimo quinqua-
gesimotertio obiit, ac in sua Ecclesia sepultus quiescit.